



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 59. An generalis confirmatio Privilegiorum se extendat ad ea quæ
sunt contra jus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

diceret quaterius decretis Conc. Trid. id est, sacris canonibus Concilio Tridentino infectis non contradicant nisi enim ita interpretatur nulla certe aut paucissima remaneret privilegia per Pontificem confirmata, Emanuel. d. art. 1. debent autem privilegia eorumque confirmationes in dubio latissime in præjudicium concedentis interpretari. l. beneficium ubi DD. ff. de const. principum.

 QVÆSTIO LIX.

An generalis confirmatio privilegiorum se extendat ad ea que sunt contra jus.

SUMMARIUM.

1. Confirmatio generalis non se extendit ad ea que sunt contra jus nisi excipiat casus unus qui sit contra jus.
2. Princeps non censetur velle præiudicare tertio.
3. Idque nisi unum casum excipiat in quo declaret se nolle tertio præiudicare.

Minimè nisi post confirmationem generalem excipiat casus unus qui sit contra jus: talis enim exceptio hujus est energie ut Papa censetur etiam confirmare omnia alia privilegia que sunt contra jus. Bald. ca. fin. num. 2. per quos fiat investitura, & in l. 1. in fin. de serijs, l. 1. in fin. ff. quod quisque iuris Ruit. conf. 100. vol. 3. Matudos. ad Reg. Cancell. 1. quast. 8. num. 5. Emanuel. Roder. quast. tom. 1. quast. 8. art. 9 in fin. quippe quod hæc exceptio ex ea specie sit quæ regulam solet ampliare. Dec. l. 1. num. 3. & seqq. ff. de Reg. iur. hincque est quod licet princeps non censetur velle tertio præiudicare, l. 1. & seqq. C. si contra jus vel utilis. attamen si unum casum excipiat in quo nolit tertio præiudicare censetur in alijs omnibus casibus tertio præiudicare voluisse. Dec. d. l. 1. & num. 32. idque nisi verba regulæ repugnent nam tunc exceptio facta de eo quod in regula non comprehenditur non ampliat regulam sed vitatur. Dec. d. l. 1. num. 35. & 40.

 QVÆSTIO LX.

Ordines, an sibi invicem propria privilegia communicent.

SUM-